3.

SIGISMVNDVS AVGVSTVS

Dei gratia Rex Poloniæ Magnus dux Lituaniæ Russiæ Prussiæ Masoviæ Samogitiæq[ue] etc. d[omi]nus et hæres. Significa:
mus tenore p[rae]sentium quorum interest, universis et singulis. Quia nos ad intercessionem certorum Consiliario:
rum n[ost]rorum, ad nos pro Nobili Cristophero Gorzkowski advocato villæ n[ost]ræ Suliszewicze factam, ipsum in usu
et posessione pacifica eiusdem Advocatiæ in villa n[ost]ra Suliszewicze ad Capitaneatum Olsztinen[sem] spectante et perti:
nente ad vitæ ipsius extrema tempora conservandum et relinquendum esse duximus prout conservamus et re:
linquimus p[rae]sentibus litteris n[ost]ris. Promitten[tes] verbo n[ost]ro Regio pro nobis, et serenissimis Regibus Poloniæ successo:
ribus nostris, nemini hominum nos de manibus præfati Christopheri Gorzkowski Advocatiam præfatam
quoad vixerit, redimere concessuros, neq[ue] successores n[ost]ri concessuri sunt, Imo nec nosipsi pro mensa, fiscoq[ue] ac
alia quavis n[ost]ra Reipublicæq[ue] necessitate redimemus, neq[ue] successores n[ost]ri [illegible] ment. Verum eundem Christophe
rum Gorzkowski, in usu et posessione pacifica eiusdem Advocatiæ ad vi[tæ] ipsius extrema tempora, necnon
omnium et singulorum proventuum et emolumentorum ad eam antiquitus spectan[tium] et pertinentium, conservam
bimus successoresq[ue] n[ost]ri conservabunt. Mortuo aut[em] præfato Nobili Christophero Gorzkowski soluta per nos
vel succ[esso]res n[ost]ros, ipsi vel succ[esso]ribus ipsius, summa peccuniaria in eadem Advocatia iuste legitimeq[ue] inscri:
pta, posessio eius ad nos redibit et devolvetur pleno iure Iuribus n[ost]ris Regalibus semper ibidem salvis manen:
tibus. In cuius rei fidem sigillum n[ost]rum p[rae]sentibus est appressum Datu[m] Piotrcoviæ in Conventione Regni g[e]n[er]ali
die vigesimaquarta Februarii. Anno d[omi]ni Millesimo Quingentesimo sexagesimo quinto Regni n[ost]ri Trigesimo sexto

Petrus Mishkowski
R. P. Vicec[ancellarius] ss[crips]it

R[elati]o R[everen]di Petri Mishkowski Regni P[oloniæ]
Vicecancell[arii] Decani Crac[oviensis] Gnesnen[sis] Plo[censis]
[illegible] Lancicien[sis] Warschaviensis Præp[osi]ti